Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



130

detur uelut ignis zelus tuus ⁊

Effunde iram tuam ingentes que te non nouerunt. & in regna que nomen tuum non inuocauerunt ⁊

Quia comederunt iacob. & locum eius desolauerunt ⁊

Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum. cito anticipent nos misericordie tuae. quia pauperes facti sumus nimis ⁊

Adiuua nos deus salutaris noster. propter gloriam nominis tui domine liberanos. & propitius esto peccatis nostris. propter nomen tuum ⁊

Ne forte dicant in gentibus ubi est deus eorum. & innotescat in nationibus coram oculis nostris ⁊

Effunde iram. id est supra aduersarios iudaeorum. Indignationem tuam abundanter emitte. ut sicut nos illi comprimunt. ita tui uiribus obruuntur, Nec uacat quod ante dixit ingentes. post ea in regna, prius enim populus imprecatus est. deinde ipsis regnis qui talia fieri imperabant ⁊

Praeueniat nos que sumus domine misericordia. qui est unigenitus tuus uiuiens. propitietur iniquitatibus nostris. et eruet nos a peccatis, Pauperes enim facti sumus in mundo. propter illum ⁊

Gentes. potestates aduersae sunt. quae inuolescunt aduersum nos dicentes, ubi est deus uester. sicut pagani martyribus saepe dicebant, Et innotescant. subaudiendum est uindictam. quam solet deus de perfidis facere quando eos cogit. prauia desideria damnare, coram oculis celeritatem postulat ultionis ⁊

traditionis incensus. quendam iudaeum idolis immolantem supra ipsis aras occidit ⁊

Dicendo enim comederunt. saeuitiam impiae gentis ostendit. significat comedi fecerunt. dum cadauera mortuorum feris morsibus proiecerunt, locum desolauerunt. cum pulcherrimam ciuitatem. ciuium suorum habitatione nudauerunt ⁊

Bene ergo infirmitatem suam intellexit. quia saluatorem medicum totis uiribus inuocauit, propter gloriam. non propter aliquod suum proprium meritum, ideo enim saluator dicitur. quia inde speranti saluat. et imminentes poenas peccatorum. commutat in premia ⁊